

## NATIVITATIS SCRIPTÆ.

ad veram fidem, ad piam & honestam vitam,  
ad serviendum Deo in iustitia & sanctitate, atq;  
ad gratitudinem ei dilectione quoq; proximi de-  
clarandam, incitari cupidum, qua, oro, ratione  
commodiore à tali id fieri existimaveritis, quàm  
si ex verbo Dei id didicerit? cognoscentes aliquè  
Satanae vasticiem summa truculentia plenam  
effugere, eius maxime noxijs insultus non fru-  
stra reniti, in eius nocentissimis cassibus non irre-  
tiri, vel irretitum sese expedire, aut ad eternam  
perniciem in eius regnum densissimis tenebris,  
igne non lucente, sed tantum ardente & vrente,  
atq; ineffabili cruciatu in eternum torquente,  
miserabili eiulatu, & dentium stridore horridis-  
simo vndequaq; exundans, non cyci, adniten-  
tem: nonne annueritis eum necesse habere ut ex  
verbo Dei ad id instruatur? Animadvertente  
tes aliquem veram viam salutis cognoscere, in  
ea rectè procedere, ad portum eternæ beatitudinis  
adpellere, deniq; in gloriosissimum regnum Dei  
Patris cœlestis intrare, atq; ibi cum Deo vno &  
trino, cum sanctis Angelis, & cum omnibus elec-  
tis, perpetua vita, ineffabili luce, summa con-  
solatione, maximo gaudio, & non finienda glo-  
ria frui, anhelantem, quid, precor, illi suaseritis,  
quàm ut ex verbo Dei, quopacto ad id aspirare

b iiii

queat.